

## ***IULIUS FEMINAM PULCHRAM IN FORO TUSCULANO ASPICIT***

Iulius cum Davo, servo probo, Tusculum it, quia mala piraque emere vult. Iulius, qui lectica a servis vehitur, fessus est, ergo dormit et stertit. Servi quoque fessi sunt, sed ii dormire non possunt, quod Iulius lectica vehi vult.

Cum Tusculum advenit, Iulius iam non dormit et cum servis mala et pira quaerit. Dum ea quaerunt, Iulius ante tabernam, in qua femina pulchra pisces vendit, consistit atque feminam aspicit. Davus Iulium vocat: “Domine, veni! Hic mala et pira venduntur.” Iulius Davum non audit, quod feminam aspicit; is enim ab ea delectatur. Davus rursus clamat, Iulius rursus non respondet. Itaque Davus ad Iulium adit eumque ad aliam tabernam ire iubet. Iulius respondet: “Dave, tace! Servus probus domino suo non imperat, sed paret! Aspice illam feminam. Nonne pulchra est? Nonne pulchra crura et pulchra bracchia habet? Etiam pulchra labra!” Davus: “Nam pulchra est! Sed etiam Aemilia ipsa, quae te amat, pulchra est.” Iulius nullum verbum facit, immo ad feminam it, eam salutatur et ei pulchra verba dicit, itaque ab ea osculum accipit.

Cum ad villam revenit, Iulius laetus est. Aemilia eum laetum esse videt. Davus Aemiliae Iulium improbum virum esse, quia feminis pulchris oscula dat, dicit. Ergo Aemilia laeta non est atque clamat: “Iuli, improbe vir!”, et baculo Iulium petit.

*Avis Zaimaj*